

QUÆSTIO XIII.

Quale sit hoc Mysterium Dei hic declaratum, roboratum juramento Angeli, & Evangelizatum per Prophetas?

124. Luc. 2. Difficiliter homines credunt aliorum exaltationem & suam dejectionem.

Evangelizare. Verbum Græcum est, & significat bona nuntiare. Luc. 2. Evangelizate vobis gaudium magnum. Mysterium Dei hoc loco idem valet ac justa retributio bonis & malis suorum factorum, & hoc ait Angelus; Evangelizavit Deus per Prophetas suos. Et ita loquitur Angelus. Quia sanctis semper jucundissimus fuit nuntius omnia Christo esse subjicienda, & bonos æterna vita præmiandos, & malos æternis suppliciis afficiendos, & ad hoc mysterium astringendum. Angelus venit cum tanto apparatu, ut patet, ver. 1. Et elevata manu ibat; valde enim difficiliter homines, impii nempe, credunt aliorum exaltationem, & suam dejectionem, alios eligi & sublevari, & semetipsos dejici & reprobari.

125.

Vbi major tribulatio, ibi a Deo major consolatio.

Secundo, ait Angelus, quod in diebus vocis septimi Angeli, cum cepit tuba canere, quod non solum refertur ad tempus Antichristi, sed etiam post illud, quod tunc consummabitur mysterium Dei, id est secretum promissum, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Sed cur non solum hoc suo juramento affirmat Angelus, sed etiam in hujus rei confirmationem Prophetas Evangelizantes proponit? Adverte quod pro illo tempore erat magna tribulatio justorum, & gravissimas angustias patientur; ecce cor eis prædicatur juramento, ac Evangelizatione Prophetarum, quod tunc Dei mysterium revelabitur, cum magna largitione præmiorum, ubi enim major est pressura, ac tribulatio, ibi major a Deo conceditur consolatio. Richard. Victorinus. Magna erit, ait, inter fluctuantis adversi temporis consolatio et tunc promissa & cito ventura stabilitas æternitatis.

Richard.

126.

Tertio, cur canente septimo Angelo consummatur mysterium Dei? cur non potius cum caruit quintus, vel sextus Angelus, vel alii præcedentes? In quibus multæ ærumnæ, ac calamitates Ecclesiæ denunciantur. Septima dies requies est designata; imò Deus ut habetur Gê. 2. num. 12. Requiescit die septimo, ab omni opere suo quod paravit, & benedixit diei septimo. & stabilisavit illum; quia in ipso cessaverat: ab universo opere suo, quod creavit, ut faceret. Ecce cur solum in tuba canentis septimi Angeli, consummatur mysterium Dei suos electos præmiantis; post labores enim qui in tubis aliorum Angelorum præcedentium denuntiabuntur, tunc sequitur septima tuba dulcissimam requiem in portans. Ab hac consideratione non distat Joach. Abbas. Quia verò ad magnam illam requiem, ait, nisi per magnum sexu temporis laborem perire concedatur, secundum quod sub umbra prior restantur, ob requiem Sabbathi, que sequebatur in omni sexto die, seu mense, vel anno, auferatur labor in typo: haud dubio cornu, quos oportet adno-

Genes. 4.

Joachim.

seminare in lachrymis, ut in gaudio metant.

Quarto, quid est, quod cum septimus Angelus dedit signum tuba sua, tunc consummabitur, seu adimplebitur mysterium seu sacramentum regni Dei; quodnam est hoc mysterium; glorificatio nempe sanctorum in regno Dei, ut tenent communiter Interpretes, ut jam dixi; sed cur hujusmodi glorificatio, dicitur arcanum, seu sacramentum? Sacramentum, ut docet D. Thom. Est quid ineffabile, ac inenarrabile. Mysterium seu sacramentum illud est, quod unum exterius apparet, & multa sub se quæ inenarrabilia sunt, continet. Sicut dicitur beatitudo, seu glorificatio sanctorum; unum quid concipitur: tamen tot, ac tanta secum involvit, ut nec leviter ab intellectu nostro valeant attingi. Vide quæ dixi tom. 1. in Evangel. lib. 3. cap. 6. quæst. 5. num. 35. & tom. 4. cap. 2. quæst. 14. num. 101. & 103.

127. Celestudo beatitudinis non potest attingi à nostro intellectu.

Sexto, clamat Angelus: Consummabitur mysterium Dei seu ut alii legunt, sacramentum seu arcanum Dei; & in quo stat tantum hoc mysterium, tantum hoc arcanum Dei, quod tunc consummabitur, seu tunc adimplebitur? Explicat Rupertus Abbas: In eo quod ibant impii in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam. Ecce in quo summa arcani Concilii divini consistit, ut debitas sceleribus peccas accipiant impii, & justi dignam suis meritis retributionem.

128. Mysterium Dei retributio justorum & punio malorum. Rupertus.

Ait Paulus scribens ad Corinth. 1. cap. 15. num. 51. agens de Resurrectione mortuorum: 1. Cor. 15. Ecce mysterium vobis dico. In quo autem hoc mysterium consistat ipse explicat. 1. Thess. 4. n. 14. Hoc autem vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Et sic semper cum Domino erimus. Cum vocati fuerint mortui ad judicium, multi justi, qui tunc erunt vivi, & superstites in mundo, ut plures Theologi asserunt, nulla gustata morte immortalitatem induent, in qua stola præcedent obviam Christo in aëra quod simile non invenimus testificatum de reprobis, sed gustata temporali morte ibunt in mortem æternam, & unde tanta differentia; durissima Antichristi persecutio, multi justis sic pariet fructum gloriæ, ut sine mortis gustu evolent ad regnum immortale Christi, & delictos voluptas Antichristi suis seclatoribus damnationem germinabit, ut ex morte temporali ad æternam transeant; de justis si loquitur Tertul. lib. 5. contra Marc. cap. 12. Hic, ait, propter merita vexationum mortem, & propter merita vexationum Antichristi, compendium mortis, sed mutati consequuntur, superinduti malis, quod de

129. 1. Cor. 15.

1. Thess. 4.

Justis æterna gloria impiis æterna damnatio.

Tertull.

130.

Loquens Christus Dominus de ultimis mundi angustiis ait: Ab arbore fici diserte parabolam; cum ramus ejus tener fuerit, & folia nata, dicitis quia prope est æstas. Matth. 24. num. 32. Ecce tibi fici ramus cum fronde, imminentem æstatem denunciat, quia universi campi aqua irrigati maxime erumpunt in flores, sine verò aqua aridi calore torrentur, & aturantur. Quis est hic fici ramus, nisi Antichristus in floridissimo regni sui statu? Justus ergo qui sub ejus imperio ac persecutore fuerint irrigati celestis aquæ gratiæ maxime floreant coronis gloriæ; qui verò ab ipsa

Matth. 24. Justis corona gloriæ, impiis...

D. Hilar.

ipsa divina gratia sunt destituti, & terrenis voluptatibus adusti, ad calorem ignis æterni deputabuntur. D. Hilar. Can. 26. Ramus igitur fici Antichristus esse intelligitur. Qui cum renascere coeperit, atque frondescere, tunc proxima esse æstas, id est, dies judicii, sentietur. Frondescere autem quadam peccatorum exultantium viriditate nascitur. Est enim tunc sors criminoforum, & honor facinorosorum, & gratia profanorum, quibus tamen æstus, id est æternus ignis in proximo est.

opera ac mysteria, magnam suavitatis dulcedinem sentiunt; ac cum postea debent ea digerere, & ad captum popularum digesta eis illa communicare, per Prædicationem, ac Doctrinam, multos labores, & magnas amaritudines devorant.

QUÆSTIO XIV.

Quare non solum mandatur Joanni ut librum accipiat, & legat, sed in super quod eum comedat, & devoret?

Apoc. 10. n. 9. Et Abii ad Angelum, dicens ei, ut daret mihi librum, & dixit mihi accipe librum, & devora illum, & faciet amaricari ventrem tuum: sed in ore tuo, erit dulce tanquam mel.

Syrus.

Arabicus.

D. August.

Radix Hebr.

VERSIONES.

Et fui ad Angelum dicens ipsi, ut daret mihi libellum, & dixit mihi accipe & ede illum, & amarum reddet ventrem tuum. Dicens ei da mihi librum, &c. & amarefcet ex eo ventet tuus, dum fuerit in ore tuo dulcis sicut mel. Accipe librum, comede illum. Accipe librum, & magna aviditate devora illum.

EXPOSITIO VI.

Bis ad Angelum. Dixerat vix celestis Joanni, vade & accipe librum in executione hujus mandati abiit Apostolus ad Angelum & in eo omnes prædicatores, & res denotantur, qui ut celestia secreta eis aperiantur, necesse est ut mente abeat mundo, ac rebus mundanis Divus Thomas vade, ait, id est magis accede ad Christum, & promerere gratiam intelligentia elongando te à mundo. Matth. 13. Abiit, & vendidit omnia que habuit, &c. ait ergo Joannes Bis ad Angelum ut ab eo acciperem librum aperit. Et dixit mihi accipe librum, & devora illum. Id est avide accipe hunc librum continentem Doctrinam Sanctam, & Catholicam, & omnem illam alta memoria reconde rumina, & profundum ex ende; & faciet amaricari ventrem tuum: sed in ore tuo erit dulce, tanquam mel. Et hoc maxime contigit viris Apostolicis qui dum legunt, & student divina Dei

Um Angelus tradit librum Joanni; non solum ait illi ut librum accipiat, & legat, sed in super ut devoret: Devora illum, nonne sufficiebat legere illum, ad quid sacra Scriptura illiusque dulcedo, non bene percipitur si tantum legatur, vel in memoria arcana reponatur, sed in stomachum, ac ventrem animæ trahenda est ut in bonorum operum sanguinem vertatur, ut inde recte vivendi spiritu in nobis generet & alat, quod fit dum id quod legimus in Doctrina Sacra, in nobis adimplemus, & executioni mandamus. Sicut Thom. Nota, ait, quod tria sunt p. opus, scilicet, vade, accipe, & devora; vade per desideria, & vita profectum, accipe Scripturam intellectum, devora per scientiam affertum: devorare enim librum, est in mente avide amplectari, ad considerandum devotè & implendum in re: vel devora, id est cum affectu pertracta masticando per inquisitionem, & sic transfundendo, ut nutritis quia illud quod devorat, comeditur. Quod confirmatur, ex eo quod ait Salom. Proverb. 25. num. 16. Mel invenisti, come e. Non dixit serva illud, vel tene apud te, sed comede, nam dulcedo sacra Scriptura non solum memoriæ arcæ reponenda, sed etiam affectu, & opera gustanda Cardinalis Hugo. S. gnantur autem dicit comedere, quia multi sunt, qui de melle sacra Scriptura non gustant, sed in memoria velut in arcæ reponunt.

133.

D. Thom. Doctrina Scriptura non solum legenda sed opere exequenda.

Prov. 25.

Fugo.

134.

Hebr.

Isai 29.

Ce estis doctri-na ac idè devoranda, ut aliis profici.

Eccles 28.

Deuter 33.



Cassiod.

quid obviam ei adversatur, absumit, & destruit; Cassiodorus lib. de Divinis lectionibus in schola Christi, ait, vitalis agnitio st. immatis membris inquiratur, ut inflammare alios possit, cum alios erudit.

135.

Ecclesi. 15. D. Cyril.

Tertio, Sacra Scriptura saepe potui assimilatur. Aqua sapientia salutaris, potabit illum. Ecclesiast. 15. num. 3. Ex quo ait D. Cyril. Alex. lib. Glaphyrot in Gen. Sacra Scriptura comparat Dei verbum aqua, quia sicut hac sensibilibus aqua vivificat corpora, ita Dei verbum, si mentem nostram subeat, haud mediocriter eam refecerit. Si ergo potus est Sacrae Scripturae liber, cur non dicitur Joanni, accipe, & bibe, non autem devora: quod bibitur facilius raturitur, quod comeditur aliquo labore dentibus teritur; sunt enim in scriptura Sacra aliqua, quae facilius, alia vero, quae multa expositio ne, ac studio percipiuntur & quamvis hic liber Sacrae Doctrinae esset apertus, dicitur tamen Joanni, ac in eius persona omnibus Doctoribus & Praedicatoribus, non bibe, sed devora librum, quia ad eius intellectum assequendum, multa industria erat a nobis adhibenda.

Alta mysteria Scripturae ut intelligantur studio & expositione indigent.

Ansbertus.

Ansbertus Abbas, Sacra Scriptura, a tunc aliquando cibis, aliquando potus est; potum enim non mandendo deglutimus, apertiora ergo; ac manifesta bibimus; quae etiam non exposita intelligere volumus: quamquam autem Sancti praedicatorum in persona Joannis, iam tunc revelata intelligerent de Domino Scripturarum, Sacramenta, quia adhuc ea, quae in ipso manifesta claruerunt, qualiter ad eum pertineant, expositione indigebant: nequaquam eadem Joanni de sacro aperto libro dicitur, accipe, & bibe, sed accipe, & devora: ac si aperius diceretur, peritacta, & intelligenda est mande, & tunc deglutit.

136.

Doctor suam sapientiam & non semper aliorum ostendit.

Quarto, Non solum mandatur Joanni, ut legat, quae in libro continentur, sed etiam, ut eum devoret; ei enim dicitur. Accipe illum & devora illum. Cur devorare debet? Magistro & Doctore, cujus personam gerit Joannes, non sufficit tantum secum habere librum, quem legat quem consulat, sed insuper necessarium est, ut aliquid intersit, inter Doctorem, & librum; liber a fororum doctrinam, & placita refert, ac Doctor vescatur libro, nimirum doctrinam, & sapientiam, quae in libro continetur, faciat suam, sicque illum proponat, explicet, ac amplietur, ut sua ac ex ingenio suo inventa videatur. Hinc monet Salomon Proverb. 2. num. 4. Sicut thesauros effodit illam. Scilicet sapientiam. Non quidem sufficit ad sapientiam quod eam emendices, quod inventas aliorum veritates fugas; sed taliter te habere debes, ut latentem in te thesaurum illius effodias, & latentem in te sapientiam apparere facias. Ex quo perbellè monet Seneca Epistola 33. Turpe est, ait, scire, aut prospicere senectutem ex commentario sapere: Hoc Zeno dixit: Tu quia hoc Cleantes, in quid & quousque sub alio moveris? & impera, & dic quod memori traditur: aliquid de tuo profert. Omnes itaque nos nunquam auctores, semper interpretes, in quam auctores aliquando facere, quod diu didicimus. Memoria in Alienis exerceverunt. Aliud est meminisse, aliud scire. Meminisse est rem commisitam memoria custodire. At contra scire, a se dicit Zeno, & dicit Cleantes, aliquid in se inserio, & librum. Doctoris enim in se est

Proverb.

Seneca.

sempet aliorum notas praetendere, hoc facit liber, haec faciunt membranae, sed ipse suam faciat sapientiam, quam vivida vena in alios instillet. Quinto, Mandat Angelus Joanni. Accipe librum & devora illum. Quo libro opus erat ut Joannes populos, Regesque instrueret, ut dicitur infra num. 11. Oportet te verum prophetae. Debet enim Doctor altij, & profunde versare animo quicquid loquendo proferre statuit; proindeque ipsum librum ipsamque sapientiam devorare, ut in se veluti cibum convertat, ut inde in ea doceat; & loquatur ad alios; sic dicitur Ezechiel. 3. num. 1. Comede volumen illud, & vadens loquere. Sic Doctor sapientiam, veluti alimentum faciat suam, ut inde loquens cum fructu alios doceat.

Cum Divinus Spiritus de Caelo missus est linguas igneas in Christi scholam vibrat, Apparetur illis dispersa lingua, tanquam ignis, sed itaq; super singulos, eorum. Act. 2. num. 3. Ecce magnus noster vates, & Apostolus omnium Ecclesiasticorum personam gerens, libris, & lingua igneis armatur; libris quos devorare iussus est; lingua s flammis, quibus alios ardere faciat; sic & bonus Doctor Ecclesiasticus, devoret librum, ut sapientiam in se convertat, & faciat suam & cum lingua eius erit tanquam flamma ignis, al os ardentem in charitate, ac amore Dei faciat. D. Chrysostom. sermon, in Pentecost. reddens rationem cur libris & lingua munitur. Ibat, ait, peccata orbis terrarum absumpturus.

Suam dilectam misericordè laudat D. sponfus. Dentes tui sicut greges corbarum, quae ascendunt de lavacro: sicut vitula coccinea labia tua, Cantic. 4. numero 2. & 3. Quamnam connexio, est, ut post commendatos dentes labia decantet? & quod haec sint, tanquam vitula coccinea charitate plena, ut homines valeant ligare, & attrahere ad Dei amorem; cur ad haec prius dentes commemorat, deinde ad labia descendit, de dentibus spiritualibus animae locum exponunt Richard. de Sanct. Victore; Dia. Gregorius Nyssen. homil. 7. qui divinam Doctrinam, tanquam materiales dentes comminunt ut in alimentum animae suae convertant, quae spiritualiter ipsa anima vivit, & nutritur, & tunc quid inde sequitur. Sicut vitula coccinea labia tua: qui ergo sic in anima sua habet divinam Doctrinam insculptam labia illius sunt ut vitula coccinea plena charitate, ut alios attrahere, ac ligare valeant in Dei obsequio, ac amore, Theodoret. Verba veritatis profert, quibus tanquam funiculo quodam capiuntur auctores, & vincantur.

QUESTIO XV.

Quare idemmet liber dulcis erat in ore, amarus in ventre?

IN limine huius questionis notandum est, quod ait Angelus Joanni: Accipe librum, & devora illum, & facies amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulcis sicut mel. Ubi valde notandum

137.

Doctor devoret doctrinam & in se imprimas, quam docet.

Ezech. 3.

138.

Act. 2.

Doctor bene alios inflammat, si ipse habeat doctrinam.

D. Chry.

139.

Cant. 4.

Richard. Nyssen. si doctor in anima sua summat doctrinam, alios adducit.

Theod.

140.

Prius amaritudo quam dulcedo.

141. Aretas Prima. Ribeira. Corn.

142.

143. Vera sententia.

notandum quod Angelus prius facit mentionem de amaritudine ventris, quam de dulcedine oris, cum tamen res prius gestitur ore, quam transeat in stomachum, & prius est dulcedo, in ore, quam amaritudo in stomacho, tamen Angelus prius de illius amaritudine agit, quam de oris dulcedine; quia prius in hac vita gustantur amaritudines, ac in eis donata praesura, quam percipiuntur dulcedines, ac suavitates aeternae vitae.

ad nostram questionem, a retas, Primasius, Ribeira, Cornelius, materiam huius libri referunt ad ultima tempora ante Christi dicuntque quod in hoc libro continebatur revelatio, & praenotio futurorum sub Antichristo, quam Joannes accepit a Christo per Angelum: In ore ac prima facie, & primo gustu erat mihi dulcis mentemque pacabat, & oblectabat: quia erat nova, mira & divina cognitio, & Propheria; sed abi Apostolus cepit ruminare calumitias, & multitudinem reproborum & lapsus multorum fidelium in persecuone Antichristi, quae hoc libro, & hac revelatione continetur, ait Joannes, Amaricari est ventrem meum, id est in me in animo, & in mente mea indolui & ingemui.

Haec sententia quamvis sit probabilis, non tamen mihi videtur vera quia ipse Angelus non venit de unitans extrema tempora Antichristi sed personam gerens Doctorum, ac Praedicatorum Ecclesiae, ut dixi in hoc cap. q. 1. & deinde hic liber datur Joanni ea intentione, ut ei statim dicitur oportet, o iterum probe are genibus, quod iuxta communem sententiam non ad tempus Antichristi referretur, sed ad illud tempus, quod pauo post hanc revelationem futurum erat, ut infra dicam.

Vera, ac genuina sententia est ut dixi in expositione quod hic accidit Joanni quod viris magnis Apostolicis contigit, quorum personam noster Joannes hic gerebat, tales viri dum legunt, & addiscunt divina, magnam dulcedinem gustant & sentiunt. At dum ipsam sacram Doctrinam debent digerere, & ad captum, ac aedificationem populorum illam communicant, ac proponere per Praedicationem, ac instructionem, multum laborant, magnasque arumarum amaritudines devorant.

Rem optime explicat Joachim Abbas. Os & venter, ait, plerumque sibi contraria sentiunt, adeo ut nonnunquam quod os delectat in edendo, venter cum dolore, & torsione retineat: ecce autem verba Domini dulcia diligentiibus eum, Plurimum indicat cum dicit Psalm. 118. numero 11. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo: Quod si in ore dulcia sunt, ut sunt aliqua eorum iam amara in ventre: In ore suavia: quia in notitia veritatis delectatio est; in experimento laboris gemius, & afflictio spiritus; quo circa & si delectat quod occurrit prius propter apertionem libri, amarus est tamen, quod sequitur propter passionem Ecclesiae, nec punitandum, quod Ecclesiam contemplativam designatam in Joanne immunit esse oportet ab afflictione eadem: cum constet eidem Joanni, & Iacobo fratri suo dictum esse a Domino Calicem quidem meum bibetis. Marth. 20. num. 23. Dei cognitio, ejusque eloquentia valde sunt suavia & praerajunda, ut testatur Re. Syveria in Apocalypsum. Tom. I.

gius Vates: At in experimento, & executione posita a Dei ministro, ut ipsa divina eloquia praedat & docet in populo, a. arissimum Calicem passionis, & mortis propinan. itaque divinorum cognitio dulcis & suavis, valde suave divina intelligere: ac dum veluti dirigitur, ac in executione ponitur, & praedicator multas amaritudines ac molestias secum affert.

Secundo, Ecce Joanni comedenti librum pollicetur dulcedo mellis in ore, & amaritudo in ventre & facies amaricari ventrem tuum, quomodo idem liber dulcis & amarus erit, & melleus & felleus. Hic liber continebat sacram Scripturam, quae dum sancta meditatione decoratur, mente mel ea, & sapidissima erit & ventrem conscientiae dum magnitudinem offensa Dei, gravitatem peccatorum, ac poenas ei debitas proponit; ingenti dolore, & amaritudine pungit, gustatur divinorum verborum mel; sed animus delictorum penititudine, vel amaritudine quadam aspergitur. Abal. Abbas sermon. 41. in Festo omnium Sanctorum: Utile a. tibi erat iuxta mandatum Domini sumere librum istum, & devorare illum, ut faceret amaricare ventrem tuum, & in ore tuo fieret dulcis tanquam mel: sumere certo debueras librum divina legis, & sancta meditatione devorare illum, ut in ore memoria dulcis fieret, dum ventrem infirma anima ad amaritudinem conscientiae provocaret. Cum Ezechiel comedisset librum sibi oblatum, ait cap. 3. num. 3. Factum est in ore mensuris mel dulce. Quid dicit Propheta nonne liber iste, qui in ore tuo ita videtur suavis continet. Lamem at ores, armen, & va. cap. 2. num. 9. Si autem haec omnia sunt amara, quid magis amarum, quam lame rationes, quam carmen lugubre. Quam va. quomodo ergo ait dulcem in ore suo fuisse librum. Theodoret ad verba Ezechiel. Nimirum, ait, quia dulcis, & suavissima est ob peccata lamentatio pro eis. Liber ille erat sacrae Doctrinae, in quo continebantur lachrymosae lamentationes, ac detestationes peccatorum, quae etsi videantur corporaibus oculis tristes & funestae, animae diligenti Deum, sunt valde suaves & dulces.

145.

Penitentia in meditatione suavis, i. exequutione amarica.

Abal. Abb.

Ezech. 3.

Ezech. 1.

Theod.

146.

Ex nostro affertur nascitur dulcedo vel amaritudo in vitula.

Deca. Regius Vates. Psalm. 18. numero 147. Iudicia Domini verè justificata in Psalm. 88. semetipsum desiderabilia super aurum & lapides preciosum multum, & dulciora super mel.